UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis; necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 6. Cùm quis absolutus suit in articulo mortis ab aliquo casu reservato, aut ab aliqua censura per Sacerdotum qui non habebat casus reservatos, tenetur-ne restitutus in pristinam sanitatem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

Visual Library

„ nem à divinis ipſo facto incurrat.

His Concilii Tridentini & Mediolanenſis Decretis, poſſemus addere varia Concilia Eccleſiæ Gallicanæ, qualia ſunt quæ decrevit Concilium Rotomagenſe anno 1581. & Burdigalenſe anno 1583. & 1624. Bituricenſe anno 1584. & Narbonenſe anno 1609. Plura quoque ſanctorum Pontificum Decreta his adjungi poſſunt. Sufficiet autem referre Bullam Clementis X. quâ cætera prædeceſſorum ſuorum Decreta confirmata ſunt, data anno 1670. quæ incipit *Superna magni*, in qua hæc habentur.

Quantùm ad Caſus Sūmo Pontifici reſervatos, aut diſpenſationes in foro Pœnitentiario pro caſibus occultis, aut etiam condonationes, videatur Inſtructio in fine Tomi quinti,

„ *Ex facultatibus enim* per Mare magnum, „ aliave Privilegia Regularibus cujuſcumque Or- „ dinis, inſtituti, aut Societatis, etiam Jeſu, „ conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem ab- „ ſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. „ Et per confirmationes dictorum Privilegio- „ rum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt „ ſacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, „ nequaquam revixiſſe Privilegia priùs ab eo- „ dem Concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam „ Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ ha- „ bebant, abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſer- „ vatis. Et habentes facultatem abſolvendi ab „ omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, „ non ideò à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe „ abſolvere. Videatur hæc Bulla in fine hujus Tomi.

Quæſt. 6. Cùm quis abſolutus fuit in articulo mortis ab aliquo caſu reſervato, aut ab aliqua cenſura per Sacerdotem qui non habebat caſus reſervatos, tenetur-ne reſtitutus in priſtinam ſanitatem confiteri Preſbytero, qui habeat poteſtatem à talibus caſibus abſolvendi?

Reſp. S. Thomas propoſitæ difficultati ita

reſpondet: *Non oportet quòd abſolutus ab excommunicatione in articulo mortis ab eo qui non habet facultatem, ad judicem vadat qui aliàs abſolvere potuiſſet, abſolutionem petens, ſed ſatisfactionem offerens.* S. Th. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 1. q. 2. ad 2.

Quæſt. 7. Sacerdotes ſæculares aut Regulares qui generaliter in aliqua Diœceſi ſunt approbati, poſſunt-ne virtute hujus generalis approbationis audire Monialium Confeſſiones?

Reſp. Videtur eos non poſſe, quoniam Religioſæ non poſſunt confiteri, niſi Sacerdotibus ab Epiſcopo ſibi deputatis, juxta Concilium Oxonienſe in Anglia celebratum anno 1222. *Confiteantur etiam*, inquit, *Moniales Sacerdotibus ab Epiſcopo ſibi deputatis.* Concil. Oxonienſe. De Confeſſ. Monial. cap. 46.

Quod verbis expreſſis definitum eſt in Bulla Clementis X. ſuperiùs citata aſſerentis: *Religioſos generaliter approbatos* ab Epiſcopo ad perſonarum ſæcularium Confeſſiones audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubjectarum; ſed egere quoad hoc, ſpeciali Epiſcopi approbatione; atque approbatos pro audiendis Confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius Monaſterii. Itidemque Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſſe expleta deputatione in vim approbationis hujuſmodi illarum Confeſſiones audire; ſed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus contigerit. Videatur ſummarium dictæ Bullæ in fine hujus Tomi.

Quod quidem declarat generalem approbationem non ſufficere ad audiendas Monialium Confeſſiones, ſed ſpecialem præterea ad hunc